UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

14 vtrum oratio debeat esse diuturna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

contra virtutem, ſed præter eam agitur. Nam orationē ſpontaneam ſic malè perſoluere, eſt ſicut recipere hoſpitem, & indecenter tractare. In oratione autem pręcepta, ex quo ſemper ſaluatur propoſitum attentionis, eſſentialis bonitas moralis actus ex finis intentione ſalua eſt, & remiſſio voluntatis in culpa eſt accidentali.

In 3. regula, tom. 1.

In Serm. de orãdo Deũ a medio illius.

¶ *Super quæſt. octuageſimatertię articulum quartumdecimum.*

IN art. tribus, ſ. 14. 15. & 16. eiuſdem q. dubiũ occurrit circa tertiam conditionem orationis. ſ. ly, pie, q̄d importet. Et eſt ratio dubij, q̄a in reſponſione ad 2. art. 15. author dicit, ꝙ non pie petere; eſt petere cõplementum pęccati, ex quo apparet, ꝙ pie petere coincidit cũ ſecũda conditione. ſ. neceſſaria ad ſaluté petere: nam petẽdo neceſſaria ad ſaluté pie petimus.

4. di. 15. q. 4. ar. 2. q. 2. & 3. Et Ro. 1. lect. 5. Et Coloſ. 1. Et cor. 6. prin. Et 1. Theſſ. 5. lec. 2. fin.

¶ Et augetur dubiũ, quia in artic. 16. author in corpore articuli dicit, quòd ĩ peccatorũ oratione poſſunt inueniri omnes quatuor cõditiones: & idem cõfirmat in reſponſione ad ſecũdum ibidem. In tertio vero libro cõtra Gent. cap. 96. author vult amicitiam orantis cum Deo interuenire in oratione efficaci, quæ ſub pietatis nomine concludi videtur. Ad hoc dicitur, quòd illa conditio, pie, in hoc diſtinguitur ab alijs conditionibus, quòd aliæ perſonam pro qua, rem petitam, & perſeuerantiam ſignificant, iſta intentioné referétem ad Deum importat. Nam pietas officiũ, ac cultum cœleſtis patriæ, principi & patri exhibet. Et propterea diſtinguitur, quòd poteſt dupliciter inueniri, ſcilicet formata, & informis, vt in reſpõſione ad ſecundum 15. artic. apparet. Et hinc reddi poteſt ratio diuerſorũ dictorum de hac conditione. Nam quia huiuſmodi intẽtio ad Deũ

Ad tertivm Dicendum, ꝙ ſi quis ex propoſito in oratione mente euagatur, hoc peccatum eſt, & impedit orationis fructum. Et contra hoc Aug.* dicit in regula. Pſalmis, & hymnis cum oratis Deum, hoc uerſetur in corde, ꝙ præfertur in ore: euagatio uerò mentis quæ fit præter propoſitũ, orationis fructũ non tollit. Vnde Baſil.* dicit. Si uerò debilitatus a peccato, fixe nequis orare: quantumcunque potes teipſum cohibeas, & Deus ignoſcit, eo ꝙ non ex neglıgẽtia, ſed ex fragilitate nõ potes, ut oportet, aſſiſtere corã eo.

Articvlvs XIIII.

Vtrum oratio debeat eſſe diuturna.

AD qvartvmdecimvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ oratio non debeat eſſe diuturna. Dr̃ enim Matth. 6. Orantes nolite multum loqui: ſed oportet multum loqui diu orantẽ, pręſertim ſi oratio ſit uocalis. ergo non debet eſſe oratio diuturna.

¶ 2 Præt. Oratio eſt explicatiua deſiderii: ſed deſiderium tanto ẽ ſanctius, quanto magis ad unum reſtringitur, ſecundum illud Pſa. 26. Vnam petii a Domino, hanc requiram. ergo & oratio tãto eſt Deo acceptior, quãto eſt breuior.

¶ 3 Præt. Illicitum uidetur eſſe, ꝙ homo trãſgrediatur terminos a Deo præfixos, præcipuè in his, quæ pertinent ad cultum diuinũ ſecundum illud Exod. 19. Conteſtare populum, ne forte uelit tranſcendere terminos ad uidendum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo: ſed a Deo fixꝰ eſt nobis terminus orandi per inſtitutionem orationis dominicæ, ut patet Matthæi ſexto: ergo non licet ultra orationem protendere.

Sed contra. Videtur, quòd continue ſit orandum: quia Dominus dicit Luc. decimooctauo. Oportet ſemper orare, & non deficere. Et 1. ad Theſſ. 5. Sine intermiſſione orate.

Respon. Dicendum, ꝙ de oratione dupliciter loqui poſſumus. Vno modo, ſecundum ſeipſam, alio modo, ſecundum cãm ſuam. Cauſa autem orationis eſt deſideriũ charitatis, ex quo procedere debet oratio, quod quidem in nobis debet eſſe cõtinuũ uel actu, uel uirtute: manet enim uirtus huius deſiderii in omnibꝰ, quæ ex charitate facimus. Omnia autem debemus in gloriã Dei facere, ut dicitur 1. ad Corinth. 10.

F & ſecundum hoc oratio debet eſſe continua. Vnde* Aug. dicit ad Probam. In ipſa fide, & charitate continuato deſiderio ſemper oramus: ſed ipſa oratio ſecundum ſe conſiderata, non poteſt eſſe aſſidua, quia oportet aliis operibus occupari: ſed ſicut Auguſtinus* dicit ibidem, Ideo per certa interualla horarum, & temporum etiam uerbis rogamus Deum: ut illis rerum ſignis noſipſos admoneamus, quantumcumque ĩ hoc deſiderio profecerimus, nobipſis

G innoteſcamus, & ad hoc agendũ noſipſos acrius excitemus. Vniuſcuiuſque autem rei quantitas debet eſſe proportionata fini, ſicut quantitas potionis ſanitati: unde & conueniens eſt, ut oratio tantũ duret, quantum eſt utile ad excitandum interioris deſiderii feruorem. Cùm verò hanc menſuram excedit, ita quòd ſine tædio durare non poſſit, non eſt ulterius protendenda. Vnde Auguſt.* dicit ad Probam. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem ha-

H bere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas, & reptim quodammodo iaculatas, ne illa uigilanter erecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atque hebetetur intentio: ac per hoc etiam ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionem ſicut non eſſe obruendam, ſi perdurare non poteſt, ita ſi perdurauerit, non cito eſſe rumpendam. Et ſicut hoc eſt attendendum in oratione [...] comparationem ad intentionem ora[...] in communi oratione per compara[...] puli deuotionem.

I Ad primvm ergo dicendum, quòd [...] * dicit ad Probam. Non eſt hoc orare [...] ſi diutius oretur: aliud eſt ſermo mul[...] urnus affectus. Nam & de ipſo Domi[...] eſt, quòd pernoctauerit in orando, & q[...] orauerit, ut nobis præberet exempl[...] dit. Abſit ab oratione multa locutio, [...] multa precatio. ſi feruens perſeuerat [...] multum loqui eſt in orando rem ne[...] perfluis agere uerbis. Plerumque [...] negotium plus gemitibus, quam ſerm[...] gitur.

K Ad secvndvm dicendum, quòd pro[...] tionis non conſiſtit in hoc, quòd mu[...] ſed in hoc, quòd affectus continuetur [...] derandum.

Ad tertivm dicendum, quòd D[...] inſtituit hanc orationem, ut his ſolis [...] beamus in orando: ſed quia ad hęc ſ[...] debet tendere noſtræ orationis in[...] cumque ea proferamus, uel cogitem[...]

Ad IIII. dicendum, ꝙ aliquis c[...] propter continuitatem deſiderii, ut d[...] quia non intermittit quin tempor[...] uel ꝑp effectum ſiue in ipſo orant[...] orationẽ remanet magis deuotus, [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ta, cū aliquis ſuis beneficiis prouocat aliū, ut pro ſe oret, etiam quando ipſe ab orando ceſſat, & qeſcit.

ARTICVLVS XV.

Vtrum oratio ſit meritoria.

AD QVINTVMDECIMVM ſic proceditur. Videtur, quod oratio nō ſit meritoria. Omne enim meritum procedit a gratia: ſed oratio præcedit gratiam, quia etiam ipſa gratia per orationem impetratur, ſecundum illud Luc. 11. Pater ueſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. ergo oratio non eſt actus meritorius.

¶ 2 Præt. Si oratio aliquid meretur, maxime uidetur mereri illud, quod orando petitur: ſed hoc non ſemper meretur, quia multotiens etiam ſanctorum orationes non exaudiuntur, ſicut Paulus non eſt exauditus petens a ſe remoueri ſtimulum carnis. ergo oratio non eſt actus meritorius.

¶ 3 Præt. Oratio pręcipue fidei innititur, ſecundū illud Iac. 1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: fides autem non ſufficit ad merēdum, ut patet in his qui habent fidem informem. ergo oratio non eſt actus meritorius.

SED CONTRA eſt, quod ſuper illud Pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur, dicit glo. Et ſi eis non profuit, ego tamen non ſum mea mercede fruſtratus: merces autem nō debetur niſi merito. ergo oratio habet rationem meriti.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum * eſt, oratio pręter effectū ſpiritualis conſolationis, quam præſentialiter affert, duplicem habet uirtutem reſpectu futuri effectum, ſcilicet uirtutem merendi, & uirtutem impetrandi. Oratio autem, ſicut & quilibet alius actus uirtutis, habet efficaciam merendi, in quātum procedit ex radice charitatis, cuius proprium obiectum eſt bonum æternum, cuius fruitionē meremur. Procedit tamē oratio a charitate mediāte religione, cuius eſt actus oratio, ut dictum * eſt, cōcomitantibus etiam quibuſdā aliis uirtutibus, quæ ad bonitatem orationis requiruntur, ſ. humilitate, & fide. Ad religionem enim pertinet ipſam orationē Deo offerre: ad charitatem uerò pertinet deſideriū rei, cuius complementum oratio petit. Fides autem eſt neceſſaria ex parte Dei quem oramus, ut ſcilicet credamus ab eo nos poſſe obtinere, quod petimus. Humilitas autem eſt neceſſaria ex parte ipſius petentis, qui ſuam indigentiam recognoſcit. Eſt etiam & deuotio neceſſaria: ſed hoc ad religionē pertinet, cuius eſt primus actus neceſſarius ad omnes conſequēter, ut ſupra dictum * eſt. Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit. Vnde Aug. dicit * in libro de uerbis Domini: Non nos hortaretur ut peteremus, niſi dare uellet. Et Chryſoſt. dicit: Numquam oranti beneficia denegat, qui ut orantes non deficiant, ſua pietate inſtigat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio ſine gratia gratum faciente meritoria non eſt, ſicut nec aliquis alius actus uirtuoſus. Et tamen etiam oratio, quæ impetrat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia, quaſi ex gratuito dono: quia ipſum orare, eſt quoddam donum Dei, ut Auguſtinus dicit in libro de Perſeuerantia.

AD II. dicendū, quòd ad aliud principaliter reſpicit meritum orationis quandoque, quā ad id, qđ petitur. Meritum enim præcipue ordinatur ad beatitudinem: ſed petitio orationis directe ſe extendit

A quandoque ad aliqua alia, ut ex dictis * patet. Si ergo illud aliud, quod petit aliquis pro ſeipſo, non ſit ei ab beatitudinem vtile, non meretur illud: ſed quandoque hoc petendo & deſiderando, meritum amittit, puta, ſi petat a Deo complementum alicuius peccati, quòd eſt non pie orare. Quandoque verò non eſt neceſſarium ad ſalutem, nec manifeſte ſaluti contrarium: & tunc licet orans poſſit orando mereri uitam æternam, non tamen meretur illud obtinere, quod petit. Vnde Aug. dicit in lib. * ſententiarum Proſperi. Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſitatib. huius uitæ, & miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo ſit utile magis, nouit medicus, quàm ægrotus. Et propter hoc etiā B Paulus non fuit exauditus petens amoueri ſtimulū carnis, quia non expediebat. Si uero id quod petit, ſit utile ad beatitudinem hominis, quaſi pertinens ad eius ſalutem, meretur illud non ſolum orando, ſed etiam alia bona opera faciendo: & iō indubitanter accipit quod petit: ſed quando debet accipere. Quædam enim non negantur, ſed ut congruo dentur tempore, differuntur, ut Aug. * dicit ſuper Ioannem, quod tamen poteſt impediri, ſi in petendo nō perſeueret. Et propter hoc dicit † Baſilius. Ideo quādoque petis, & non accipis, quia perperam poſtulaſti, uel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel deſtitiſti. Quia verò homo non poteſt alii mereri uitam æternam ex condigno, ut ſupra dictum * C eſt, ideo per conſequens nec ea quæ ad uitam æternam pertinent, poteſt aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non ſemper ille auditur, qui pro alio orat, ut ſupra habitum * eſt. & iō ponuntur quatuor conditiones, quibus cōcurrentibus ſemper aliquis impetrat quod petit, ut ſcilicet ꝓ ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, pie, & perſeueranter.

Ar. 6. & 7.

In li. qui inſcribitur Sētētiæ ex Augn. ēcerptę c. 212. to. 3. inter opera Aug.

Tract. 102. paulo a prīcip. to. 9.

In ſerm. de orādo Deū a medio. Et in conſt. Exerci. ca. 1.

1. 2. q. 114. ar. 6.

Art. 7. ad 2. & 3.

AD TERTIVM Dicendum, quòd oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia ſic innititur principaliter charitati: ſed quantum ad efficaciam impetrandi, quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiæ diuinę & miſericordiæ, ex quibus oratio impetrat, quòd petit.

D

ARTICVLVS XVI.

Vtrum peccatores orando impetrent aliquid a Deo.

AD SEXTVMDECIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ peccatores orando non impetrent aliquid a Deo. Dicitur enim Ioan. 9. Scimus, quia peccatores Deus non audit: quod conſonat ei, quod dicitur Prouerb. 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: oratio autem execrabilis non impetrat aliquid a Deo: ergo peccatores non impetrant aliquid a Deo.

Infr. q. 178. ar. 2. ad 1. & po. q. 6. art. 9. ad 5. Et Io. 4. le. 3.

¶ 2 Præterea. Iuſti impetrant a Deo illud, quod E merentur, ut ſupra habitum * eſt: ſed peccatores nihil poſſunt mereri, quia gratia carent, & etiam charitate, quæ eſt uirtus pietatis, ut dicit gloſſa ſecunda ad Timothæum tertio ſuper illud, Habentes quidem ſpeciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes: & ita non pie orant: quod requiritur ad hoc, quòd oratio impetret, ut ſupra * dictum eſt. ergo peccatores nihil impetrant orando.

Ar. pręced.

Ar. præced. ad 2.

¶ 3 Pręt. Chryſoſt. dicit ſup Matth Pate[illegible] non libenter exaudit orationem, quam filius [illegible] dictauit: ſed in oratione quam Chriſtus dictauit, [illegible]tur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: quod peccatores non faciūt, ergo uel

In opere imperfec. homi. 14.

men-